

imperiali privilegio. In quo videlicet loco idem monasterium et congregationem firmatum vel donatum ecclesiae decrevimus atque statuimus, tali^a libertate^a quali Corbeya caeteraque^b monachorum nostri imperii monasteria publica^c nostrae speciali^d providentiae sunt subdita. Unde et idem monasterium nec terra eius nec homines in ea residentes ullum obsequium alio in^e perpetuum persolvant^f nostra concessimus imperiali maiestate^g; omnia^h vero quae de aliqua donationeⁱ eidem monasterio donata^k fuerint^l, sub eadem libertate abbati monachisque eiusdem monasterii sine omni obiectione statuimus permanere. Insuper Echardum comitem super sepe dictum^m monasterium advocatumⁿ sancimus^o esse ponendum. Et post ipsius obitum abbas eiusdem monasterii communi consultu fratrum habeat licentiam eligendi potenter advocatum idoneum ad tale officium. Praecipientes itaque iubemus, ut nullus dux seu aliqua^p hominum magna sive parva persona in^q iam dicto monasterio sive^r in omnibus, quae ad illud pertinent, placitare, paraphredos aut aliquam publicam functionem exigere praesumat nullusque in eius^s domibus sine^t abbatis aut congregationis^u assensu^v mansionaticum habere praesumat. Et ut haec nostra imperialis auctoritas nunc et in futuro firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes^w sigillare iussimus.^x

Signum domni Ottonis (M.) caesaris invictissimi.

Heribertus cancellarius vice Uuilligisi^y archiepiscopi^z recognovi.^{aa}

Dat. XI. kal. maii anno dominice incarnationis millesimo^{b'}, indictione XII^{cc}, anno tercii Ottonis regnantis XVI^{dd}, imperii III; actum Triburin^{ee}; feliciter amen.

^a) tali libertate o. ä. fehlt in C. ^b) korr. aus caeteraeque ^c) plena C; statt publica (vgl. DH. II. 47) könnte auch precipua (vgl. DO. III. 326) im Original gestanden sein. ^d) spiciali C. ^e) korr. aus im. ^f) persolvatur C. ^g) maiestati C. ^h) vestra C. ⁱ) donationes C. ^k) donato C. ^l) fuerunt C. ^m) habitum C. ⁿ) advocatum fehlt in C. ^o) pandimus C. ^p) aliquis C. ^q) in fehlt in C. ^r) sive fehlt in C. ^s) eis C. ^t) sive C. ^u) congregationum C. ^v) assensu C. ^w) corroborantur C. ^x) iussimus C. ^y) Uuilligeso C. ^z) archiepiscopo C. ^{aa}) recognosco C. ^{b'}) millesi C. ^{cc}) 12 C. ^{dd}) XVI fehlt in C. ^{ee}) orbin C.